2. Commissio für den Receptor pecunie (erarius) beim Justitiar vom 8. Februar 1270: (RA. n. 5 (Carolus I 1270 B) fol. 62b–63a.
[Entsprechende Commissio vom 1. Oktober 1269; RA. n. 6 (Carolus I 1269 D) fol. 144b.
Vgl. oben S. 19 Amtsbuch Ziff. 21.

am Rande: Commissio Riccardi de Pando erarii in terra Bari.

Karolus etc. Riccardo de Pando de Ravello etc. Cum pro cautela et commodo fisci nostri in nostra curia sit[a] provisum, ut burgensis unus ydoneus et fidelis esse debeat cum quolibet iusticiario cuiuslibet regionis, qui sit pro parte curie receptor pecunie et rerum quarumlibet proventurum eidem iusticiario tam de collectis quam de ipsius officii proventibus ac etiam undecumque, de tua prudentia et legalitate confisi te ad hoc sufficientem et ydoneum ex multorum testimonio approbatum ad manendum cum Landulfo de Franco iusticiario Terre Bari fideli nostro pro predicta causa, ammoto inde Ursone Castaldo de Ravello fideli nostro in huiusmodi officio dudum statuto, qui propter infirmitatem, quam patitur, officium ipsum exercere non potest, duxerimus statuendum, fidelitati tue precipiendo mandantes, quatinus statim receptis presentibus, omni mora et occasione remotis, ad eundem iusticiarium te personaliter conferens existas sedulus cum eodem et officium ipsum taliter[b] exequaris, videlicet ut omnem pecuniam sive collectarum, quas pro tempore in iusticiariatu ipso serenitas nostra indixerit, et res omnes sive proventuum ex ipsius iusticiariatus officio vel undecumque sibi pro parte nostre curie proventuras, habitis penes te prius et fideliter exemplatis quaternis taxationum ipsarum collectarum, quaternis actorum et aliorum proventuum et promissionum condempnatorum in curia ipsius iusticiarii seu paciscentium, quas preter conscientiam tuam fieri prohibemus, quorum quaternorum exemplar tibi ab eodem iusticiario exhiberi mandamus, quibus coram te factis et premissis per te plene prefitis, ad opus curie nostre omnem pecuniam et res omnes alias proventuras[c] curie nostre racione officii ipsius iusticiariatus undecumque et quomodocumque una cum eodem iusticiario insimul

a) Die Überlieferung von 1269 sagt: nuper sit provisum.

b) Reg.: totaliter.

c) Reg. proventaras [?]